# DE GANGRAENA NOSOCOMIALI.

DISSERTATIO
INAUGURALIS
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI
**MEDICORUM ORDINIS**
IN
UNIVERSITATE LITERARIA GRYPHICA
PRO SUMMIS
**IN MEDICINA CHIRURGIA ET ARTE OBSTETRICIA**
HONORIBUS
RITE IMPETRANDIS
DIE XV. MENSIS NOVEMBRIS ANNI MDCCCL
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

*GUILIELMUS MILSCHEWSKY*,
POMERANUS.

OPPONENTES ERUNT:

J. MITTMANN, MED. ET CHIR. DRD.
TH. KUEHNAST, MED. STUD.
A. HELLERT, MED. STUD.

GRYPHIAE.
TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.
MDCCCL.

## Index librorum

de gangraena nosocomiali disserentium.

Vigaroux, observations sur la verôle. Montpell. 1780
Pouteau, oeuvres posthumes, vol. III. Paris 1783.
Gillespie, Lond. Medic. Journal, vol. VI. 1785.
Dussaussoy, dissertation et observations sur la gangrène des hôspitaux, Geneve 1788.
Moreau et Burdin, essai sur la gangrène humide des hôpitaux, Paris 1796, 98.
Rollo, an occount of diabetes, London 1797.
Blane, on the diseases of seamen. Lond. 1799.
Trotter, med. nautic. Lond. vol. II. III. 1799.
Wenzel, J. et C., Bemerkungen über den Hospitalbrand in Hufelands Journal 1799.
Guéniard, sur la pourriture d'hôpital, Strassburg 1802.
Leslie, de gangr. cantag. Edinb. 1804.
ohnston, de gangr. cont. nos. Edinb. 1805.
ruenninghausen, Beobachtungen über den Hospitalbrand in Hufelands Journal, 1806.
ronnier, essai sur la pourriture d'hôpital, Paris 1810.
homson, lectures on inflammation, Edinburg 1813.
autson, essai sur la pourriture d'hôpital, Paris 1814.

Valpi, saggio di osservazioni e di esperienzi medico-chirurgiche, fatte nello spedale civico di Pavia. Milano 1814.

Brugmans Verhandeleng over de gesteldheeden zamenstelleng van den Dampkring, en welke de zoogenaande Hospitalversterwing bij gewonden plaalsheefs, amsterdam 1814.

Klein, praktische Ansichten der bedeut. chir. Operat. Hft. I, p. 58. Stuttgardt 1815.

Renard, über den Hospitalbrand, Mainz 1815.

Richerand, nosographie chirurg. Tom. I. Paris 1815.

Pardomirat, considerations sur la gangrène humide. Paris 1815.

Delpech, mémoire sur la complication des plais et des ulcères, Paris 1815.

Hennen, in the London medica repository 1815.

Kieser, Monographie des Hospitalbrands, als Anhang einer Uebersetzung der Abhandlungen von Brugmans u. Delpech, Jena 1816.

Sprengel, animadversiones castrenses, Hal. 1816.

Thomson, report of observations made in the military hospitals of Belgium, Edinb. 1816.

Gerson, über den Hospitalbrand, Hamburg 1817.

Blackadder, observations on phaged. gangr. Edinb. 1818.

Larrey, dissertation sur la complication desplaies etc. Paris 1819.

Dictionnaire des sciences medic., tom. XLV. Paris 1820.

Delpech, Clinique chir. de Montpellier, tom. I. pg. 78.

Riberi, sulla cancrere contag. o nosocomiale etc. Torino 1820.

Kluisken, in Verhandelongen der ersten Klasse van het Korimglyk Nederland. Institut etc. Amsterdam 1820.

Brauer, observ. quaedam de gangr. nos. Lips. 1820.

Werneck, kurzgefasste Beiträge zur Kenntniss des Hospitalbrandes. Salzburg 1820.

.lexander, über den Hospitalbrand, in Hippocrates Magazin, übers. v. Sander u. Walchter.

angebeck, neue Bibliothek, Bd. II. Hannover 1820.

angebeck, Chirurg. Bd. III. Hann. 1822.

ennen, Grundsätze der Militairchir., aus dem Engl. Weimar 1822, 28.

uvier, Traité experim. du typhus traumat. Paris 1822.

ooper, dictionary of practical surgery. Lond. 1825.

prengel, Chir. Bd. I., Halle 1828.

ust, Magazin, Jahresbericht von Siedmogrotzki, Bd. 28, Heft 12, 1828.

ust, Handb. der Chir. Bd. 3, p. 227.

utschinson, prakt. Beobacht. über Chir., von Froriep übersetzt. Weimar 1828.

Medicin. Zeitung vom Verein für Heilkunde in Preussen, 1836 und 37.

## Historia morbi.

Gangraenam nosocomialem, quamvis a veteribu[s] mentio ejus non facta, tamen iis haud plane igno[ra]tam fuisse ex Hipppocrate, Galeno[1]), Celso[2]) conjici potest, quippe qui et de gangraena et d[e] sphacelo disseruerint. Neque solum Graeci et Ro[-] mani, verum etiam Arabes commemorant ulcera quae[-] dam sordida et gangraenae nostrae haud dissimilia quae ex intemperie exorta, remediis antisepticis escharotocis sanabantur. Jam Guido de Chau[-] liac describit quoddam ulcus sordidum et putridum quod nostrae gangraenae fere convenit: „dicitu[r] ulcus, quando sua malitia putrefacit membrum, d[i-] mittendo viscositatem aut carnem mollem sive cru[-] stosam, foetidam, a qua fumus attollitur foetidus e[t] cadaverosus.“

Neque vero est infitiandum, eundem morbum priscis medicis neque accurate expositum nequ[e] satis disjunctum ab aliis, qui quidem diversi, sed ta[-] men non prorsus abhorreant. Primae vero accu[-]

1) Galen. lib. II, cap. VIII.
2) Cels. 5, 26, 34.

atae observationes de hac gangraenae specie sunt actae a Francogallis et quidem Ambrosius Paré[3]) am investigasse videtur. Quum enim urbs Rotoıagi occuparetur, tanta hominum copia gangraena, uae subito prodiit et latius est vagata, oppressa, t civibus, qui obsidebantur, crimen a militibus afferetur, quod venenata tela in castra injicissent; eanem calumniam jactabant cives, quippe qui eadem este essent affecti. Primus autem accuratius ganraenam nostram descripsit Pouteau, Francogalıs, in operibus suis (1783); quamquam la Hotte, ui „pourriture" eam nominat, sex annos antea ıentionem ejus fecit et Ravaton, alii medici ca- renses. Tum Dussaussoy, qui eam humida angraena recte distinxit, nomen gangraenae nosoɔmialis ei indidit et exposuit, quae esset ejus naıra, quae medendi ratio. Paulo post descripsit ter Anglos eundem morbum Gillespie, deinde ollo, Gilbert, Blane, Trotter, Bell, Leslie, ɔhnston, tum Thomson, Hennen, Blackader; inter Gallos Gronnier, Larrey, Pardomiıt, Olivier, imprimis Delpech; inter Batavos rugmans, denique inter Germanos Langeneck, Rust, Kluge. Quamvis tot medici et inter ɔs praeclarissimi summam diligentiam ac curam in ɔgnoscenda ejus natura atque origine adhibuerint: ntum abest, ut inter se consentiant, ut in contraas sententias de hac re discedant. Etenim Hen-

---

3) Paré, lib. X, XI.

nen, Blackadder, Delpech, Brugmans in gangraena nostra explicanda tantopere inter se discrepant, ut eorum cuique plane diversum morbum ante oculos esse versatum putes.

## Nomen morbi.

Gangraena sic dicta nosocomialis appellatur degeneratio quaedam putrida generis peculiaris, quae effecta contagio oritur in vulneribus et ulceribus neque unquam fere nisi in nosocomiis invenitur et id habet proprium, ut nunquam alias partes, quam vulneratas aggrediatur. Neque ulli corporis parti, qualiscunque ejus forma vel structura est, ab ea parcitur et quodcunque corripitur, ejus vis vitalis non solum tollitur, sed una cum ea forma et textura etiam destruitur, omnia foetida eaque contagiosa diffluunt sanie. Qui quidem morbus nominibus est significatus, quae si accuratius velis discernere, plerumque ultimo tantum stadio conveniunt, quia inflammationis et exulcerationis stadia tam celeriter praetereunt; qualia sunt: gangraena contagiosa, gangraena humida, gangraena nosocomiorum, phagedaena gangraenosa, sphacelus nosocomialis, degeneratio vulnerum putrida, ulcus putridum, typhus traumaticus, pourriture d'hôpital, gangrène humide Francogallorum, hospitaal verstervingmale Batavorum.

## Morbi symptomata.

Idem, sicut, omnibus morbis epidemicis, con

tingit gangraenae nostrae, ut ejus signa in diversis epidemiis sint diversissima, cujus causa sita est et in externis rebus et in conditione aegrotorum. Gangraenae autem accedunt symptomata localia et universalia. Verum id a scriptoribus in controversiam est adductum, num topica signa prius existant, an generalia. Thomson, Hennen, Brugmans et alii generalia antecedere signa contendunt, quod negant Rollo, Delpech, Blackadder, Boyer. Rustius vero, cujus opinio de hac re est gravissima, modo universalia modo localia symptomata antecedere censet additque, saepe quidem generalia ineunte morbo observari, tamen saepius demum gangraena ipsa provocari, quin etiam fieri posse, ut universalia signa nullo modo animadvertantur. Causa autem illius discriminis ponenda est in morbi origine, de qua paulo post disseramus.

## Symptomata universalia.

Plerique aegroti, qui gangraenae nostrae succumbunt, antequam ullam conspicias in ipso vulnere mutationem, languescunt, anxietate cruciantur, de molesto toto in corpore sensu querúntur, neque minus de capitis gravitate, imprimis in parte frontali. Dolores, quamvis initio sint modici, mox in noctem protrahuntur somnumque impediunt. Simulque ciborum appetentia diminuitur, sensim plane evanescit, lingua, quae interdum sicca, albo aut flavo aut fusco muco est obducta, ejusque limi et apex erubescunt; gustus amarus, saepius vomituritio. Regio

epigastrica dolere incipit, neque raro est efflata. Alvi excretiones plerumque retinentur vel adeo sunt sublatae et nihilo secius corporis macies, nulla secretione profusa, celeriter apparet, vires exhauriuntur. Facies fit pallida, rugosa, oculi languescunt, ita ut aegroti vultus summae tristiae et doloris signa praebeat. Pulsus autem ante febrem exortam, frequens, parvus, debilis, corporis calor minor, sitis parva. Quo magis diminuuntur vires, eo pejus se habent localia quoque signa, ita ut generalia et topica symptomata semper in eadem ratione versentur. Febre intrante, quod fere nunquam simul cum horripilatione fit, pulsus frequentior, inique parvus, permanet debilis; cutis sicca, pallida; sitis vehemens; dolores capitis acerbissimi; febris in continuam transit. Dum aegrotus levi somno arripitur, oculi sunt clausi vel semivelati palpebra superiore, deliria fere nunquam accedunt nec perturbantur cogitationes, conscientia quidem conditionis suae remanet, tanquam perterritus ejus videtur summo periculo atque nihil cupere videtur, nisi ut servet quietem, qua fruitur fallace. Crescens pulsus celeritas, vultus permagna mutatio, faciei pallor, summa maestitia, virium defectio, totius corporis imbecillitas indicant summum periculum. Adaucta debilitate aegrotus incubat dorso ac fere immotus nec conspiciens, quae circa ipsum eveniunt. Denique pulsus fit frequentissimus, minimus, saepe irregularis, cutis aestuat, dum alvi constrictio adest, urina exigua et rubra redditur, venter plerumque collapsus. Musculi magis magis-

que emolliuntur, vires lente exhauriuntur, donec aegroti placida morte opprimantur. Prae se fert autem plerumque febris asthenicam itaque synochi indolem, quae in levioribus casibus gastrico-nervosae, in gravioribus gastrico-typhosae, denique in gravissimis putrido-nervosae est simillima, dum synocha inflammatoria rarissime observatur. Febris vero existit plerumque die decimo secundo usque ad decimum quintum, interdum jam die quinto aut sexto gangraena exorta.

## Symptomata localia.

Localia signa, quae optime exposuit Siedmogrodzki, haecce sunt: quum in eo est, ut ulcus vel vulnus brevi consanescat, idem granulationem maturare subito desinit, quo ex signo primum cognosci potest, gangraenam adesse. Aegroti in locis ea affectis dolores capiunt saepe tam acerrimos, ut ne levissimum quidem tactum sustinere possint, ut vehementer vociferentur neque saepius facere possint, quin in convulsiones incidant. Itaque auctores summum dolorem esse gangraenae proprium signum posuerunt. Jam granulationes pallidiorem induunt colorem, puris secernitur parum, secretum ipsum fit pejus; hic illic maculae cernuntur coloris sordidi, albidi, cinerii, e quibus vel biduo vel triduo ulcera fiunt rotunda, quae ulceribus venereis aut aphthis simillima, ex centro excentrice crescunt et mox inter sese ita conjunguntur, ut tota superficies obtecta sit sub-

albido, cinereo, tenaci mucori simili muco, cui inest natron purum, et initio magna albuminis copia. Qualiscunque ab initio fuit ulceris forma, semper in circularem vel orbicularem formam abit, quod Rust primus animadvertit. Quod ulceris superficies modo et uno vel compluribus locis, modo ex toto ambitu gangraena corripitur, e Rustio et Kluge ab eo pendet, num in vulnus ipsum conferatur contagium an per cutem et pulmones in corpus susceptum intus prodeat. Jam totum vulnus circulis lividis violaceis est circumdatum, qui in dies increscunt et eandem cladem inferunt finitimis partibus. Vulneris margines intumescunt, facillime dolere incipiunt, inflammantur, e nigro rubri, corrosi apparent, sanguinem effundunt etsi levissime tanguntur, altolluntur extrorsumque revolvuntur, ita ut ulcus crateris vel calicis formam exhibeat. Simul fundus ejus emphysematis instar erigitur, ex quo prodit massa deformis mucosa alba vel cinerea, substantiae cerebrali putridae haud dissimilis, membrana quasi accurate adhaerens, rubro-fuscas, macridas et siccas crustas conformans, quae, si crustas removes, denuo nascuntur. Quamdiu autem illa massa obtegit ulcus, secretum deest fluidum. Tota gangraenosa superficies effundit perpetuis vicibus ichorem acrem fuscum, cruentum, singulari foetorem insignem, qui multum acidi carbonici et hydrothionici emittit. Ille inimicissimus foetidus odor, qui a putrido longe discrepat, gangraenae nosocominalis proprium signum est habendum. Ichor autem mox finitimas corro-

dit partes et efficit, ut denuo sanguinis appareant profluvia. Circulis illis lividis iterum iterumque formatis, gangraena latius altiusque effuse se extendit omnesque, quas complectitur, partes eodem modo corrumpit; quae in substantiam aequalem, primum membranaceam, deinde glutinosam mutantur. De ordine, quo singulae gangraena subiguntur, Larrey tradidit haecce. Primum omnium partium destruitur tela cellulosa eoque facilius, quo sit laxior atque cutis superficies interna, destructione progrediente, plane denudatur. Tum corripiuntur fibrosae musculorum partes, praecipue tendines, dein carneae musculorum partes. Jam vasa afficiuntur nec venae solum, verum etiam arteriae, inter has majores ipsae ut arteria axillaris, quamquam diutissime resistunt. Nervi autem, qui nunc invaduntur, sordidum accipiunt colorem eorumque tela dissolvitur. Saepe ipsi articuli majus minusve delentur, praesertim si tela cellulosa corrumpitur. Neque solum ligamenta morbus ille distrahit, verum etiam tunicas synoviales et cartilagines invadit articulares. Denique ossa destruuntur, quae exulceratione denudata exfoliantur aut cariosa fiunt.

Simulque lymphatica vasa et glandulae inflammationi cedunt et intumescunt.

Quod attinet ad morbi singula stadia, haecce distinguuntur et quidem stadium inflammationis, exulcerationis, gangraenae atque sphaceli, quorum priora, quia inflammationis signa tam celeriter prae-

tereunt, gangraena summa rapacitate in mortificationem transire solet plerumque plane praetermittuntur, quin etiam a nonnullis scriptoribus negantur. Stadium gangraenae atque sphaceli, quae semper arcte secum conjuncta sunt, eo cognoscitur, quod membrana illa formata significatur mortificatio in superficie exorta, partium singularum corporis destructio eximina celeritate progreditur. Signa typhi nervosi aut putridi accedunt, facies est lurida, collapsa, oculi magni, lubrici, in orbitis conditi, debilitas insignis, aegroti animus depressus, deliria, appetitus plane nullus, lingua, dentes et labia luto arido obducta, interdum meteorismus, sudores frigidi et tenaces, diarrhoeae colliquativae.

Exitus morbi datur duplex, aut aegrotus sanatur aut morbus perdurat et gangraena semper ad altius descendit, donec mors ei finem imponat. Quod exitum in sanationem attinet, in levioribus casibus interdum jam tertio vel quinto die, plerumque sexto usque ad nonum morbus decrescere incipit, in gravioribus autem non prius atque tricesimo die. Dolor enim in loco affecto cedit, destructio non latuis progreditur, fuscae crustae exoriuntur, secretum fit solidius magisque albidum exhibet colorem, foetorem illum amittit, singula ulceris loca fiunt pura; partium oedema et inflammatio evanescit, margines delabuntur, duritiem atque faciem corrosam amittunt. Denique ulcus penitus integrum reconciliat bonam suppurationem et granulationem, cutis integumenta, tela cellulosa

restituta, iterum partibus inferioribus affiguntur, simulque signa generalia brevi tolluntur. Attamen malum saepissime redit, morbi vi rursus aucta, ita ut partes jam integrae denuo opprimantur; ipsa enim in cicatrice formata maculae ulcerantes cito diffusae apparent; quare plurimi auctores hanc opportunitatem recidivas faciendi gangraenae nostrae propriam esse dicunt. Quum vero tota ulceris superficies bonis rubrisque granulationibus obtegitur, nec non margines undique aequabiliter attenuati et puri inveniuntur, celerrime regeneratio uberrima et copiosissima existit et laevis oritur cicatrix, ita ut mirum esse videatur, quomodo fieri potuerit, ut tanta partium jactura tam brevi restituatur.

Verum in mortem quoque gangraena nosocomialis transire potest, praesertim sic eos opprimit, qui inopia afflicti, laboribus debilitati, maerore confecti sunt. Jam interitus intrare potest, quum ea corripiantur magna vasa, qua re perniciosisimae efficiuntur haemorrhagiae. Denique quum aegroti, locali malo vehementissime vigente, exstincti sint, partes externáe offerunt gravissimas destructiones et quidem apparet tela cellulosa plane deleta, musculi emolliti, segregati, tela fibrosa ac periosteum pütrefactum, ossa denudata, cariosa, arteriae, venae, nervi et glandulae lymphaticae interdum in vulnere jacent liberae, degeneratae colorisque sunt grisei. In partibus interioribus haecce observata sunt: ventriculus, tractus intestinalis, hepar, cerebrum in congestionis aut jam ex Bégin in inflamationis

statu inveniuntur. Hennen auctore pectoris et abdominis intestina non affici videntur, si extremitates gangraena corripiuntur; quum vero in costis aut externis abdominis partibus malum versetur, saepius evenit, ut intestina iis respondentia laborent. Bis pulmones, semel pericardium maculis gangraenosis obruta idem scriptor invenit, nec vero quidquam in cerebri velamentis.

Varias gangraenae nosocomialis, species constituerunt complures auctores et Delpech quidem affert quatuor formas. Primum ulcerosam idem distinxit, eique nomen indidit, propterea quod partes corporis humani, quum primum gangraena sunt correptae, fere confestim ac subito destruuntur eamque iterum distribuit, in duas species, prout morbus e singulis locis aut ex tota superficie initium capit. Tum pulposam descripsit formam, quae plerumque ab eo observata, pariter atque ulcerosa aut totam ulceris superficiem primo impetu occupat aut ex singulis punctis exoritur, insignis autem illa pseudomembrana, qua totum ulcus est obtectum, quamque Blackadder „slough“ nominavit. Tertia autem forma a secunda non differt nisi quod loca gangraenosa sanguine imbuta ecchymosibus similia apparent. Denique Delpech commemorat leviorem formam, quippe quae habeat decursum chronicum. Jam Riberi et Bégin tantum pulposam et ulcerosam formam distinguunt, quorum hic putat eos, qui natura acri et vehementi, virium robore excellant, ulcerosae gangraenae creberrime succumbere, in

ıominibus autem flavis, constitutione lymphatica ›raeditis pulposam formam maxime observari. Ger-:on tandem has formas exhibet: formam benignam, ılcerosam, pulposam, inflammatoriam, cum febri ıectica conjunctam, malignam. Quum vero signa, ıuae iis propria sunt prolata, exigua neque variae ormae certis finibus sint adstrictae, quumque co-;nitum habeamus, alteram alterius posse subire for-nam, illae distinctiones, quas Kluge fortuitas no-ninat, haud magni sunt existimandae.

Magis respiciendum esse videtur, quod Blak-cadder atque Stromeier 4) de singulis erysipela-is formis, quae, dum gangraena in nosocomiis vi-;et, ad vulnera accedere solent, saepissime obser-varunt. Ex Blackadder enim elucet, inter gan-;raenam nostram et morbos erysipelatosos interce-lere quandam similitudinem, praecipue inter erysi-ıelas malignum idemque cum typho conjunctum. Quin etiam Stromeier arbitratur, contagii vim esse am variam, ut quatuor contactus gradus sint po-ıendi. Quum enim viget in nosocomio illud conta-;ium, ad omnia vulnera atque adeo recentia ipsa naximeque pura accedit suppuratio, nec vulnera ;ese inclinant ad sanationem, laxam faciem prae ;e ferunt. Haec contagii purulenti vis cernitur tan-um in singulis conclavibus, quae ab aegrotis, quo-rum vulnera suppurant, sunt impleta. Quod si illi aegroti in alia conclavia afferuntur, mox apparet sa-

4) Stromeier's Chir., Bd. I, Lief. 1, pag. 129.

natio. Jam exoritur benignum erysipelas in vulne ris circuitu, quod quidem remediis antigastricis de pellitur, verum plane est contagiosum, ab alio a alium transit, vulneris sappurationem provocat idqu habet proprium, ut recidivas facile efficiat. Dei invenitur traumaticum erysipelas, quippe quod si malignae indolis, permagnis doloribus, violaceo tu more circa vulnus conjunctum, telam cellulosa celeriter in saniem mutat et ita plerumque mortei affert. Denique contagio ad summum gradum pro vecto gangraena sic dicta nosocominalis existi quare quaeritur, num unum idemque sit contagium

Gangraena nostra sese conjungere potest cun aliis morbis et quidem febri putrida, scorbuto, dy senteria, imprimis vero febri nosocomiali et typh bellico.

## Diagnosis.

Primum quidem gangraena nosocomialis con fundi potest cum gangraena proprie dicta, quarun gravissima discrimina Siedmogrodzki optime ex plicavit:

1) gangraena nosocomialis externis causis ne que nisi ex contagio vel miasmate oritur itaque ii modo locis, ubi haec gigni possunt;

2) nunquam vehementior vulneris inflam matio gangraenae nostrae antecedit;

3) plerumque multo rapidius decurrit;

4) in exigua tantum vulneris parte, unde ce leriter extenditur, initium capit;

5) gangraenosae etiam partes in singulis lo-
is dissolvuntur eaeque nonnisi paulatim excutiun-
ır neque vero subito et in tota statim superficie;

6) quidquid gangraena nosocomiali corripitur,
ı massam naturae peculiaris, putrido cerebro non
issimilem solvitur;

7) ulceris superficies in gangraena nostra
lerumque valde profunda est formamque crateris
el calicis exhibet;

8) tam orbicularis ambitus, quam margines
ıversi et erosi pertinent ad eandem;

9) praecipue in tela cellulosa sub cute sita
ropagatur, unde longe lateque extenditur;

10) saepissime in gangraena nostra observan-
ır haemorrhagiae et ex arteriis et venis ortae. Ad
oc accedit ille insignis foetor atque illa peculiaris
doles morbi ipsius.

Quod attinet ad ulcera syphilitica et scorbutica,
ıstulamque malignam, quae fortasse cum gangraena
ostra commutari possunt, inter has exstant tot di-
rimina.

Denique inter gangraenam nostram et typhum
ellicum s. febrem nosocomialem intercedit quae-
ım similitudo, qua moti complures hanc habuerunt
orbum, quo totum corpus laboraret, illam locale
eadem exortum malum esse contenderunt. At-
men, quantum intersit inter utrumque morbum, ex
s facile elucet. Usu enim docti sumus, non sem-
er, ubi grassatur bellicus typhus, in vulneribus
stitisse gangraenam nostram et quum in nosoco-

miis vulnerati et febri nosocomiali affecti eode tempore affuerint, illos nulla ratione correptos ess gangraena. Praeterea contagium gangraenae e peculiare atque partes ea affectae odorem spargu ut ita dicam, specificum, neque unquam gangraen sine artis opera cedit eademque vulnera saepi aggredi solet.

## Aetiologia.

Haud dubium esse potest, quin unicuique, vulnere jam suppurante laborat, opportunitas in gangraenam concipiendi, quoniam levissimam eti cutis laesionem, vulnera et ulcera cujusque gene quin etiam vulnera venae sectae, hirudinum ict ea corripi posse constat, dummodo aegrotus su mittatur illis conditionibus noxiis. Neque ulla aet neque sexus neque corporis constitutio neque lus morbus tutum praestant corpus ab hoc ma neque infectione semel peracta tollitur iterat infectionis facultas, imo augeri videtur; quocunq anni tempore, qualibet tempestate apparet. Neq unquam sana et integra cutis corripitur, quam Gillespie, Hennen, Bruennighausen eti sine vulneratione malum interdum exstitisse affirme

Gangraena duplici modo et genesi spontan per se nasci potest et genesi contagiosa s. infec one transfertur, ita ut contagium per contactum per aërem ultra dimanare possit; id quod jam Ki ser recte monuit. Quod quum morbus sua spo existit, ejus causae remotiores sunt haece. Primu quidem nimia vulneratorum copia respicienda

ıi in angustis loris, in carceribus, navibus et prae-
pue in nosocomiis versantur; quo fit, ut aer, prae-
ertim si aegrotorum vulnera large suppurant, fa-
le corrumpatur et ita miasmatis gignendi occasio
etur. Deinde permultum valent ad miasma provo-
ındum anni tempora, tempestates et ventorum ra-
). Dussaussoy summum aestum accusat, quia
ıtredinem partium organicarum adjuvet. Riche-
ınd tempestatem inimicam morbi origini favere
ıtat. Gerson et frigidum et humidum aërem in
orbum gignendum vim habere existimat. De-
ıult, ratus gangraenam ex aëre humido exoriri,
nosocomio Parisiensi eam in cubiculis supra se-
anam positis saepius observavit, quam in ceteris.
aeterea continua aëris indoles electrica, tonitrua
equentia, subita coeli vicissitudo huic malo favere
cuntur. Denique in eo Brugmans et Hennen
nsentiunt, quod vulneratis, quum lectis humilibus,
in etiam nudo solo sint collocati, magnum detri-
entum inferatur, quia sibi persuasum est, majo-
m quantitatem acidi carbonici propter gravitatem
propriam aëri humi esse admixtam. Augetur cor-
ris opportunitas illius morbi conciliandi valetudi-
infirmitate, mala constitutione, sanguinis quadam
scrasia, imprimis illa cachexia nosocomiali. Ad
c accedunt prava alimenta et in his aqua putre-
eta, ciborum inopia, labores defatigantes, vita
soluta; nec minus nocet nimia mercuralium et
rcoticorum copia. Prae ceteris autem miasma
nosocomiis progignere videntur morbi typhosi,

2*

omnium maxime typhus petechialis. Animi vero a fectus, anxietatem, curam, nostalgiam, spem ad i ritum redactam, maerorem, praecipue in militib adverso Marte pugnantibus, esse permagni momen neminem praeterit. Ciborum etiam consuetorum m tationem multum conferre ad hujus mali disposit nem augendam, ex Brugmans patet.

Etiamsi gangraena nostra quodcunque vuln vel ulcus aggredi potest, tamen maxime ulcera sc butica, sic dicta abdominalia, haemorrhoidalia in quibus supra modum mercurius adhibebatur, sunt obnoxia. Vulnera sclopetaria prius, qu scissa gangraena corripiuntur, praesertim quum e tremis corporis partibus sint illata. Suppuration quoque laxae in tela cellulosa et telis aponeuroti maxime huic morbo excolendo favent. Sunt, specifica ulcera rárius, quam simplícia gangrae affici putent atque adeo observarint, interdum ulce carcinomatosa et syphilitica, si gangraena esse correpta et ita ejus auxilio dyscrasia sublata, perfectam sanationem pervenisse. Quantam ve fidem hisce tribuere possimus, in medio relinquim Id tamen Kluge ipse docet, ut post ulcera syphi tica, si forte ea fuerint affecta, secundaria lu Mercurio non adhibito, plerumque non existat.

Usus ligamentorum, quippe quae sint sordi et purulenta, carpiae, quae quum aëri nosocomi longum tempus fuerit exposita, humida et putri instrumenta pure ulcerum gangraenosorum jam fecta, Kluge auctore, morbum provocare possu

Gravissima autem causa, quod morbus sua ponte exstitit, in ista aëris corruptione est ponenda, iae imprimis secretionum dissolutione in nosocoiis oritur. Huc etiam exhalationes, quae typhum ontagiosum, febrem putridam, dysenteriam, alios orbos comitari solent, sunt referendae. Neque lum aegrorum copiam ad miasma provocandum ous esse, verum etiam, quum homines, ceterum ini et integri, magno numero inclusi aëris mutaone careant, hunc morbum existere posse, Brugans observavit. Aërem in nosocomiis inquinari ncturis pure et ichore imbutis, affirmant Delpech, enard, Vautier; idemque Kluge. In hisce ncturis fermentum aliquid septicum procreari, conndit Siedmogrotzki. Medici quoque nosocomii ariensis, quod vocatur Hôtel-Dieu, tali in carpia eterisque ligamentis, quae longius tempus accumuta et ita corrupta erant, fungos invenerunt; idem ennen narrat. Etiamsi aër non corruptus esse que res aëre maligno penetratae ullam vim excere videntur, tamen gangraena causis adhuc notis effici potest, si modo Blackadder et Henen fidem habemus.

Quod alteram originem gangraenae nostrae tinet, quae fit per infectionem, haec duplex est; ntagium enim aut ligamentis, vincturis ichore ngraenoso inquinatis per se transfertur aut per rem ab alio ad alium propagatur. De illa priore iciendi ratione fere omnes scriptores consentiunt aeter Richerand et Hautson, quorum obser-

vationes iure in dubium sunt vocandae. Aëre vero noxiis rebus imbutum maxime efficere, ut contagium increscere possit atque morbus malignam indolem accipiat, Rust docet. Is enim quum ichorem in pura atque pus moventia ulcera eorum consulto transferret, qui in conclavibus haud infectis decubuere, gangraenam quidem confestim apparere animadvertit, quae tamen erat benigna neque late effundebatur. Quid, quod Dussaussoy linteo carpto in saniem gangraenosam demerso mammae scirrhosae contagium inseruit et ita scirrhum depulit. Garneri tamen, Richerand et Steidele, qui ichorem ejusmodi etiam ulceribus carcinomatosis inseruerunt, suppurationes istas, quamquam ad sanationem perductae, mox aliis locis vehementius erupisse confitentur.

Quod attinet alteram gangraenae originem, quae fit per infectionem, quum contagium ab aliis ad alium propagari possit, complures et inter hos Richerand et Percy, quin morbus ille habendus sit contagiosus, dubitant. Attamen Delpech, Ollivier, Brugmans alii contagiosam ejus vim illustraverunt, ut nemini jam dubium esse possit. Aliud tamen oritur dissidium, utrum contagium aëre receptum tanquam volatile propaget morbum an per contactum tanquam fixum vim exerceat suam. Blackadder, Riberi, Trotter aëre transferri posse contagium illud omnino negant, quorum primus tantum unius casus mentionem facit; sed uni observationi oppugnant tot contrariae. Illa enim

ropagatio per aërem a plerisque scriptoribus, praeipue a Pouteau, Brugmans, Delpech, Thomon, Rust probatur. Haecce argumenta profert homson: Vulnera chirurgorum leviora, qui ligaenta infectis hominibus imposuere, eodem morbo int correpta, quamvis alio in cubiculo habitarent. um saepe observatum est, gangraenam nosocomilem ab uno ad alium sese propagasse etita magnam ominum copiam occupasse. Dein accedit gangraena d vulnera et ulcera aut recentia aut inveterata lque eo breviore tempore, quo propius vulneratus angraena laborantibus admovetur. Jam impedire ossumus, quo minus morbus magis progrediatur, uando gangraena infectus antea removetur, quam ontagium, quod in ulceribus secernitur, producere ossit. Denique gangraena, quamvis longum per empus in quibusdam nosocomii conclavibus viguiset, in propinqua non transiit, dummodo provideatur, e infectis hominibus cum iis, quibus morbus peercit, ullum intercedat commercium.

De contagii ipsius natura atque indole peragna est controversia, qua in dijudicanda incuras in tot tantasque difficultates. Brugmans quiem conjicit ex observationibus Lugduni Batavorum stitutis, materiam quandam organicam aëri inesse compositam ex nitrogenio, hydrogenio et carboenio, cujus vis minus e partibus ipsis constituentius, sed ex ratione, qua inter sese permixtae sint, endere videatur; quod tamen Kieser rejicit. Siulque addit, subtilem esse illam materiam, ad pu-

tredinem admodum propensam et in aliis substanti organicis hanc opportunitatem adjuvare.

His oppugnat Delpech, qui materiam illa esse naturae animalis putat; idemque Kieser de fendit, Langenbeck tamen negat.

Verisimile est, aëri materiam inesse organi cam, quae illius odoris singularis est causa et a ipsa materia inficiens aut substratum ejus ultimu ac subtilissmum esse videtur. Aqua enim destilla quae huic aëri erat commixta, celeriter foetore istum accepit, in musculorum fibrillas fusa celerit putrescentiam effecit et ipsa brevi tempore in fe mentationem putridam transiit. Tum illam materie oriundam esse ex particulis organicis decompositi ex eo apparet, quod facillime iis potentiis dele potest, quae vitae omnino sunt noxiae et quide acidis alcalibusque concentratis, chloro, vaporibu nitricis, muriaticis, aliis; praeterea, ut contagiu existat, certus caloris gradus opus est. Etiam ill contagium per longum tempus vim suam retine nam Richerand et Pelletan experti sunt, complur annos et in corporibus putrescentibus servari poss et siccatum etiam efficacitate haud carere. Fo tasse epiphyta recentiore tempore reperta huj quoque contagii naturam explicabunt. Sic Bassi et Audonin[6]) cognoverunt, morbum erucae Bo bycis mori, quem Muscardine Galli vocant, in e

---

5) Bassi del mal del segno etc. Milano 1837.

6) Recherches anat. et physiol. sur la maladie conta qui attaque les vers à soie etc. Tom. viij. p. 229.

positum esse, quod plantulae in illis insectis nascantur, simulque demonstrarunt, inoculatione fungos ab erucis aegrotis in sanas translatos eundem efficere morbum. Jam Hannover[7]) in tritonibus punctatis fungos invenit, Deslongchamp[8]) in avium membranis mucosis epiphyta observavit, Serrurier et Rousseau[9]) in avibus eadem, Unger[10]) in piscibus. In hominibus vero Schoenlein[11]) primus fungos animadvertit in porrigine lupinosa, deinde Fuchs[12]) in ceteris favi generibus. Tum Berg[13]) et Vogel[14]) aphthas ex fungis constare observarunt. In noma infantum Froriep epiphyta invenit; praeterea Gruby, Lebert, Bennet, Remak, alii in hominibus fungos detexerunt. Quamquam in morbo nostro epiphyta ista nondum sunt reperta, ex acido carbonico, quod exhalatur e vulneribus gangraenosis, conjici potest, processum fermentationi similem adesse. Fermentatio autem ex Cagnard Latour et Swan nihil aliud est, nisi fluidi cujusdam organici decomposito, cujus causa sunt fungi, infimi ordinis plantae.

Sunt, qui putent naturam gangraenae nostrae esse positam in vegetationis labe eamque maxime

---

7) Muellers Archiv 1839. p. 338.
8) Ann. d. sc. nat. 1841. XV. p. 371.
9) l'institut, 1841, 393. Juillet p. 230.
10) Linnaea. T. XVII. Sct. II. 129.
11) Muellers Archiv, 1839 p. 82.
12) d. krankh. Veränderungen der Haut etc. Bd. I, p. 509.
13) Frorieps Notizen 1839 Nr. 252. p. 146.
14) Muellers Archiv, 1842 p. 201.

idoneam ducant, quae quodcunque organon morbo correptum, in substantiam aequalem, primo membranaceam, dein in gelatinosam commutet. Itaque eam compararunt cum noma, putre scentia uteri, gelatinosa gastromalacia, quorum causam non tam in gangraenosa destructione quam in organica vegetationis involutione esse ponendam existimant. Schoenlein denique gangraenam nostram in numero Neurophlogosium habet eamque confert cum dysenteria, angina membranacea, aliis morbis.

Restat, ut perquiramus utrum gangraena nostra aëre contagioso, quem receperint cutis et pulmones, provocetur, an contagium solum in vulnus ipsum vim habeat et ex hac causa, utrum malum ab initio universale an locale sit habendum; sed maxime diversae sententiae de ea re propositae. Pouteau enim gangraenam nostram esse locale malum putat; eandem sententiam permulti probant, imprimis Dussaussoy, Boyer, Dupuytren. Etiam Delpech, Blackadder et Riberi contagium modo in vulnus vim exercere gangraenamque ab initio non nisi morbum esse, quo pars quaedam laboret, febrilia autem signa ex illius infectione in gangraenosum ulcus proficisci contendunt atque observationibus defendunt. Attamen Brugmans gangraenae eruptionem signa universalia praecedere arbitratur, idemque affirmat Thomson. Etiam Hennen, hac opinione ductus, ad morbum sanandum tantum interna medicamina in usum vocat. Sprengel denique gangraenam ex typhi contagio proficisci existimat. Rustii vero sententiae maxima fi-

des est tribuenda. Is enim utrumque fieri posse censet, ratus tum generalia tum localia signa antecedere, nonnunquam tamen evenire, ut morbi universalia symptomata plane deficiant. Generalia autem signa plerumque apparere post localia et permultis observationibus et eo firmatur, quod jam paulo post quam ferrum candens adhibitum, dolores desinunt, somnus redit, febris evanescit. Neque porro negari potest, localia et generalia signa interdum eodem tempore provenire, id quod Wenzelii fratres demonstraverunt. Num in gangraena topica, an universalia symptomata prius existant, Rustio auctore ex morbi origine pendet. Si enim aëre vitiato sponte sua oritur aut infectio per aërem est facta, generalia signa plerumque antecedunt; quod quum aër contagiosus vel miasmaticus per respiratoriam cutis et pulmonum vim in sanguinem sit receptus, febris exoritur. Contagium autem per pulmones et cutem communicari, Rust eo confirmat, quod gangraena insita vulneribus bene suppurantibus hominum, qui bonam corporis constitutionem habuerunt et in conclavi puri aëris pleno cubuerunt, multo leniorem exhibuit decursum et quod nunquam fere contingit, sponte sese circumscripsit. Quum vero gangraena efficitur locali contagii translatione aut fasciis impuris et putridis, localia signa initium facere solent.

Itaque haecce satis explorata atque cognita habemus:

Gangraena nosocomialis, quum et spontanea

genesi, dum causae externae favent, praecipue peculiaris aëris corruptio atque decompositio, oriatur et contagione transferri et quidem per contactum et per distans propagari possit, cum morbis miasmaticis, tum contagiosis adnumeranda est. Neque enim contagium solum est volatile, quum aëri simile vel magis in aëre suspensum propagetur, sed fixum etiam, quum corporis fluidis, plerumque pure vel ichore susceptum effundatur, ita ut ab aëreis et a fluidis corporibus suscipi queat, quae eo repleta solidis corporibus inhaerere possint. Deinde pro certo est habendum, gangraenam, quum vulnus ipsa translatione contagii sit infectum, initio esse localem morbum, qua re si quidem ad gradum quendam magnum evectus, malum universale produci possit. Interdum sese offert morbum universalem, in quo febris topicis signis antecedit vel una cum iis incipit et tum quidem, quum morbus aut sponte sua nascitur aut contagium jam genitum per cutem et pulmones corpori infertur. Infectionem autem per cutem et respirationis organa fieri posse, etsi rarissime, concedendum est.

## Prognosis.

Gangraenam nosocomialem esse malum gravissimum maximeque periculosum, satis constat; et enim aut febri, quum abeat in perfectum typhum, perit aegrotus, aut arteriarum diabrosi provocatae haemorrhagiae vitam finiunt aut summa virium labes profusa suppuratione exorta, mortis fit causa; ita-

que in universum prognosis ambigua et maxime infirma est statuenda. Fere semper morbus habet letalem eventum, quum adversae res externae, quae ejus origini favent atque ut progrediatur, multum conferunt, confestim non removeri possint, ut in bellis fieri solet. Deinde vulnera, quae per se sunt maximi momenti eaque, quae majoris ambitus aut diutius perdurant, quum hoc morbo sese conjungant, periculum magis magisque augent. Neque jam dubitari potest, quin vita aegroti in summum discrimen adducatur, quum gangraena ad capitis laesiones, imprimis ad vulnera trepanatione ossium cranii effecta accedat aut vulnera pectoris et abdominis penetrantia occupet aut eas corporis partes invadat, quae multis et magnis vasis sunt praeditae. Eodem modo aegrotis est maximae perniciei, si gangraena in profundum penetrat aut in articulatione membrorum locum tenet. Etiam tum eventus gangraenae infaustus haberi potest, quum vulnera contusa et lacerata et cum fracturis ossium malignis complicata aggrediatur, ubi aegrotus sanguinis profluviis revocatis aut febri hecticae aut typhosis signis succumbit. Apud eos aegrotos denique, qui antea magna Mercurii copia usi, febrem intermittentem saepe superarunt, typho, dysenteria laborant, scorbuto, syphili correpti, itaque infirma et mala valetudine sunt atque qui in gangraenam reciderunt, prognosis est valde dubia, tamen eo prosperior, si malum locale apparet, quam si signa febrilia vigent. Bona vero prognosis est instituenda, si causae

morbi externae depelli, aegrotorum conditio in bonam converti potest, si aegroti firmo et valido sunt corpore neque vires aetate neque morbis nimis sunt confectae, si aut nullum aut certe exiguum tantum adest malum universale, si ulcus neque magnum excipit circuitum neque late progreditur, si denique statim apta curandi ratio institui potest; neque enim gangraenam sine artis opera vi naturae medicatrice coërceri, usu docti sumus.

## Curatio.

Illam curae partem, quam complectitur prophylaxis, omittam, qua in re prospiciendum est, ne illae causae noxiae conveniant et ita facultas miasmatis gignendi offeratur; deinde autem, ubi jam contagium exortum, curandum, ut idem, quoad fieri possit, existinguatur; denique cavendum, ne contagium illud propagetur. Imo potius deflectam ad propriam gangraenae curam, quippe quae sit duplex atque ex origine et natura in localem et universalem distribuenda, quarum externam esse gravissimam cognitum habemus, quamvis cura interna, praesertim si morbus constitutionem invadit, minime sit negligenda.

Quod attinet curationem externam qua in re contagium destruere, partes gangraenosas auferre, puris secretionem in melius vertere atque bonas granulationes efficere nos oportet, permulta remedia in usum vocata, quorum haec sunt digna, quae commemorentur. Jam Pouteau oleum tepidum com-

mendavit, idque utilitatem quandam, quum gangraena sit mitioris indolis, afferre Gerson expertus est; idem fomentationes e spiritu oryzae calido paratas usui esse observavit. Thomson quoque fomenta ex spiritu frumenti, myrrha, aloë et camphora probat. Cataplasmata fermentantia gasis acidi carbonici evolutione esse salubria idem affirmat; simul monet, cataplasmatis humidis morbum augeri, ita ut rursus in similitudinem incurras, quae inter gangraenam nostram et erysipelas intercedit. Maximam autem vim tribuit Thomson oleo Terebinthinae. Idem remedium Wenzelii fratres maxime laudant aut purum aut ol. Tereb. et ung. resinorum (āā), praeterea cataplasmata ferventia, spiritum vini vel purum vel in quo Myrrha, Aloë sunt solutae; camphorae virtutes quidem celebrant nec vero ipsi eas experti sunt, Bruennighausen autem admodum prodesse observavit. Sprengel probat pultem e dauco sativo vel ex aliis substantiis, quae fermentantur, atque cataplasmata e radice Dauci carotae gangraenam quidem lenivisse refert Gerson. Cereviisae faeces cum farina seminum sinapeos multum profuisse Klein contendit. Dussoussoy et Bruennighausen corticem Peruvianum, quod remedium aut solum aut conjunctum cum oleo Terebinthinae in usum vocaverunt, laudibus extulerunt; id quod Delpech rejicit, ratus eo vulnus suppurans quasi conglutinari, saniem retineri atque inde effici, ut gangraena longius progrediatur. Cujus sententiam Gerson et Blackadder sequuntur.

Rustius quoque Chinam nihil prodesse affirma et pulverem florum Chamomillae praefert. Pul vis carbonis vegetabilis foetorem quidem minuit atque in ulceribus putridis saepe insignem mutatio nem efficit, in gangraena autem nostra nihil valet Werneck imprimis laudat, commixtionem ex car bonis, camphorae et opii pulvere. Omnia haec re media, etiamsi iis facultas inest tam odorem illum depellendi, quam ut ita dicam, vulneris vegetatio nem augendi, in contagium ipsum nihil agunt atque ita ad gangraenam coërcendam sunt imparia. Me dici igitur est, illa remedia, quae aut incerto sin eventu aut aegrotis noceant aut tantum exiguum praestent effectum, hoc in atrocissimo morbo relin quere et confestim ad fortiora confugere. Maxime enim interest in gangraena opprimenda, contagii vim atque effectum in ipsum vulnus tolli atque ex stingui; id quod duplici modo fieri potest, aut reme diis, quibus contagium ipsum deleatur, adhibitis aut quum tota superficie, quae contagium secernit, de structa, quominus denuo oriatur, impedire studea mus. Ut utrique autem indicationi satisfaciamus acida maxime apta esse videntur et quidem alteri conveniunt acida vegetabilia et mineralia diluta, al teri vero acida mineralia concentrata. Utrum hae eo agant, ut vim vitalem partium adhuc viventium augeant an bonum illum eventum vegetatione aucta praestent, ut Delpech putet, an eorum vis in ra tione chemica contagii, cui Kieser basium naturam tribuit, ad acida posita sit, cui sententiae Langem

ɔck quoque assentitur, in medio relinquamus. In-
r vegetabilia autem acida, quorum vim in gangrae-
ım experti sunt, haecce nominari oportet.

Acetum vini concentratum Delpech summis
udibus effert eoque maxime usus est in gangraena
cerosa et tum quidem, quum neque nimis magnum
rripuit locum neque nimis profundae excavationes
erunt erosae. Ad coërcendam gangraenam pul-
sam auctore Delpech opus est pseudomembra-
m, si acido uti velis, terendo amovere et tum ul-
ris fundo sanguineo acetum imponere; quam tamen
tionem Gerson jure rejicit, quippe quae aegrotos
n solum vehementissimis doloribus afficiat, verum
am, praecipue si vulneris fundus terendo sangui-
us fit redditus, ut malum longius serpat, permul-
n conferat atque ob hanc causam acida fortiora,
ibus deleatur pseudomembrana, praefert. Thom-
n quoque acetum vini, spiritu frumenti tempera-
n, laudat. Nuper Leinweber Berolini aceto
ii permultum usus ejusque vim salutarem exper-
; est. Rénard acidum citricum adhibuit magno
ccessu; Gillespi tabulas citrinas ulceribus im-
ni jussit. Etiam acidum tartaricum et pyroligno-
m in usum sunt vocata.

Verumtamen iis in morbo tam pernicioso ubi
e et jam initio fortiora et efficaciora acida ante-
nenda sunt. Comprobantur autem inter haec
ıxime acidum sulfuricum, nitricum, prae ceteris
ınibus acidum muriaticum et oxymuriaticum. Del-
ch acida mineralia diluta pro fomentis adhibuit.

Acido nitrico usus est Gerson felicissimo eventu. Acidum muriaticum vero Brugmans maxime aesti- mat eique inesse quandam vim contagia delendi ar- bitratur; idemque Anglici medici summis laudibus ef- runt. Rossi Toronensis illud acidum praestanti- simum gangraenae nostrae remedium celebrat. Kie- ser quoque, quum acida leviora adhiberi possi- acidum muriaticum aqua dilutum omnibus remedi- praefert. Denique Langenbeck usu doctus h- acidum habet efficacissimum.

Ea remedia, quae vulnere destructo contagi- extinguere valent, sunt permulta; etenim huc re- renda sunt omnia medicamina corrosiva, hydrargy- argenti, cupri praeparata et quidem hydrargyr- nitricum et oxydatum rubrum, quae Crückshai- et Rollo adhibuerunt, butyrum antimonii, qu- Boyer commendavit, alumen ustum, solution- plumbi acetici et alia. Maxime vero argentum - tricum, Cali causticum et arsenicum album co- probata sunt. Delpech quidem argentum nitric- in usum vocavit, praesertim quum gangraena in - veis altioribus exstiterit, affirmat autem remedi- esse incerti effectus. Anglici vero medici id- magno successu adhibuerunt. Brownregg, - grano uno in aquae unciis quinque soluto p- fusa lintea carpta ulceribus imponi jussit, auct- Kieser optimo eventu eo usus est. Quamvis la- infernalis efficiat inflammationem productivam, esc- ram tantum superficialem gignit neque totam g- graenosam partem plane destruit; unde fit, ut ic-

ıb eschera majorem vim in ulcus exerceat atque
:m maxima celeritate quam summo dolo in profun-
iora vagetur. Kali causticum Delpech imprimis
gangraena pulposa adhibuit, idem per superficiem
ıngraenosam disseminans neque vero hac in adhi-
ɜndi ratione acquievit, sed longius processit, ita ut
ɜeudomembranam frustulis angulatis kali caustici
ɜrvertere studeret eaque in vulnus deprimeret
ɔnec sanguis per foramina proflueret, quod ei in-
cio erat, illa frustula usque ad vivas partes pene-
asse atque reactionem ejusmodi procreatum iri,
ıae morbo finem imponeret. Kali causticum qui-
ɜm magna cum velocitate in profundiora agit et
ɔntagium delere valet neque vero inflammationem
'oductivam affert, sed ubique contactu partes ad
:ulcerationem et gangraenam proclives reddit.
rsenicum album Blackadder in morbo nostro
'imus commendavit eoque se felicissimo eventu
ıum neque unquam illos universales terribiles ef-
ctus expertum esse contendit. Nihilo secius illud
medium quippe quod sit periculosissimum, plane
ıt rejiciendum, nisi forte in iis tantum casibus ad-
ittetur, in quibus cetera remedia et quidem acida
ineralia, solutio calcariae muriaticae atque adeo
ɜrrum candens nihil valuerunt. Liquorem quidem
senici Pharmac. Lond. aliquid praestitisse Swal-
w tradit, quamquam ceteri medici Anglici ejus
ɔplicationem reformidare videntur. Gerson quoque
nihil de hoc remedio praedicare posse profitetur.

Ferrum candens denique, quod jam Pouteau

commendavit, Dussaussoy, Boyer, Dupuytre
Olivier, Percy, Rénard, Chelius et alii laud
bus extulerunt, maxime vero Delpech celebrav
ratus vehementissimum quidem, sed efficacissimu
esse remedium, cui summa inesset facultas gangraen
progressus prohibendi et inflammationem saluber
mam provocandi. Etsi non negandum, idem inter om
remedia primum locum tenere, tamen in iis casibus,
quibus sanies gangraenosa vias inter musculos va
que patefecit, alia remedia praeferenda sunt. Kies
igitur acidum muriaticum concentratum vocat optim
cauterium idque anteponit plerumque ferro cande
quia eschera eo affecta contagii aliquid continere et
denuo vulnus inficere possit, dum illud acidum o
nino destruit contagium. Eadem sunt senten
Kluisken, Riberi, Gerson. Ferro cander
autem Rustius tum utitur, quum gangrae
prae se ferat malignissimam indolem atque adhib
vult, quando in vulneris confinio nullum inflamm
tionis signum apparet et fundus crasso secreto p
taceo est obtectus simulque praescribit, ut cauteri
ob hanc causam et altius penetret et saepins app
cetur. In universum illud anteponendum est aci
muriatico et aquae chlorinicae, ubi, ne veheme
existat haemorrhagia, timendum aut ubi parti
finitimarum oedema latius extenditur.

Praeterea calcaria chlorinica et aqua oxym
riatica summam utilitatem attulerunt atque in n
socomio Berolinensi efficacissima remedia s
praestiterunt, quum maxime dissolutionem coër

ant, contagium destruant, secretionem meliorem reddant, foetorem tollant perfectamque mali mutationem efficiant.

Interdum etiam amputatione opus erit, ubi aut tantae exstant destructiones, 'ut restitutio partium contingere nequeat, aut haemorrhagiae exortae sedari non possunt. Neque vero prius, quam regio sit devastatione liberata, operatio instituatur, itaque Delpech ante amputationem ferrum candens adhiberi solet; prae ceteris autem vulnus a nova infectione cautissime tuendum sit.

Neque omittam, quod multi medici castrenses Francogallici et quidem Guillaume, Alginé, Paradis in bello Hispanico ultimo sanguinis emissione in ipso vulneris loco facta praecipue hirudinibus circa vulnus appositis morbum saepe superarunt.

Quod curationem universalem attinet, id maxime respiciendum est, qualem febris offerat indolem, simulque ratio habenda morbi symptomatum ejusque complicationum. Quum affectiones gastricae, praecipue saburrae, adsunt, emetica et quidem ipecacuanha porrigantur: quamquam auctore Delpech irritatio inflammatoria ventriculi et duodeni saepius tanta est, ut eo aegroti conditio facile in deterius verti, quin etiam ejus mors effici possit. Neque igitur eos sequi necesse est et quidem Pouteau, Dussaussoy, alios, qui ineunte morbo, etiamsi nulla signa sordium sursum turgescentium exstant, emetica porrigenda esse censent; Hennen et Blackadder iis, nisi signa illa adsunt, non

utuntur, nisi forte id intendunt, ut revulsionem quandam totius corporis efficiant. Id quoque spectandum, ut emeticis datis saepe existant profusae evacuationes, virium collapsus atque contagii absorptio augeatur. Eadem prudentia in usum vocanda sunt remedia aperientia, ne aegrotorum vires nimis conficiantur, inter quae, testibus Dussaussoy et Bruennighausen, tartarus depuratus primum locum tenet. Dum salina valde purgantia et quidem natrum sulfuricum, magnesia sulfurica vitanda sunt, saturationes, Kali tar-taricum, acida vegetabilia, pulpa Tamarindorum adhiberi possunt, saepe clysmata emollientia alvi obstructioni impugnant. Interdum epigastrio admoveantur hirudines atque adeo cucurbitulae sanguinolentae.

Jam febris indoles respicienda est. Quum enim synochus gastricus, quod maxime fieri solet, gangraenam nostram comitetur, emeticum initio morbi valde prodest. Synocho magis magisque aucto, acida mineralia usui sunt, imprimis acidum muriaticum, simulque aqua oxymuriatica maxime probatur. Quod si magnus stupor exstat, ad nervina confugere debemus, quo ex numero camphora est aptissima. Ut dolores vehementissimi mitigentur, nimia animi anxietas auferatur, somnusque aegrotis restituatur, narcotica iis porrigas et quidem opium aut pulverem Doveri aut si cutis est sicca, opium cum vino stibiato, quod Thomson valde commendavit. Nec vero negligantur balnea tepida totius corporis.

Usu quidem compertum habemus, febrem ra·rissime induere indolem inflammatoriam; si vero synocha adest, diaeta parca, potiones acidulae, remedia aperientia, ut Tartarus depuratus, pulpa Tamarindorum alia sufficiunt. Qua in forma Hennen synocha vehementiore venaesectionem institui vult, permultum ibi profuisse sanguinis detractionem affirmans. Attamen caveas, ne nimiam sanguinis copiam detrahas, quia tali modo aegroti vires consumuntur et febris inflammatoria facile in typhosam commutatur. In complicatione typhosa atque diarrhoeis colliquativis remedia excitantia et tonica in usum sunt vocanda. Diaeta aptanda est digestioni et assimilationi, imo vero blanda, postea roborans, vinum, caro, china, acida mineralia optime conveniunt. Quum vero deest morbus universalis, cura interna non opus est, dummodo victus semper sit idoneus et ita quidem, ut corpus bene nutriat atque vires aegroti servet.

# VITA.

Natus sum Franciscus Christophorus Guilielmus Milschewsky, fidei evangelicae addictus, Gryphiae, Calendis Januariis anni h. s. XXVII, patre Guilelmo, matre Maria e. g. Gronow, quos adhuc superstites maxime veneror. Primis literarum elementis imbutus gymnasium adii Gryphisvaldense, quod tunc temporis floruit directore Glasewald. Testimonio maturitatis instructus verno tempore anni h. s. XLVI in civium almae universitatis Gryphicae numerum ab Ill. Vogt, Rectore Magnifico, receptus et medicinae studiosis ab Ill. Schultze, Decano maxime spectabili, adscriptus sum. Quo ex tempore usque ad autumnum anni h. s. L scholis interfui hisce:

Ill. Stiedenroth: de Psychologia et Logice.

Ill. Matthies: de Anthropologia et Psychologia.

Ill. Tillberg: de Physice.

Ill. Hornschuch: de Zoologia, de Historia naturali, de Botanice, Ejusdem interfui demonstrationibus in Museo zoologico et excursionibus botanicis.

Ill. Huenefeld: de Mineralogia, Geologia, de Chemia theoretico-practica, et organica et anorganica, analytica; etiam examinatorium et repetitorium chemicum frequentavi.

Cel. Schulze: de Chemia anorganica et organica, de technologia.

Beat. Schauer: de Botanice.

Ill. Schultze: de Osteologia, Syndesmologia, Anatomia corporis humani, comparata et generali, pathologica, de Physiologia, de Arte cadaverum rite dissecandorum. Ejusdem in examinatorio anatomico-physiologico versatus sum.

Cel. Laurer: de Syndesmologia, Angiologia, Splanchnologia, Neurologia, Anatomia organorum sensuum, de Arte fascias rite alligandi.

Ill. Litzmann: de Encyclopaedia et Methodologia me-
ica, de Materia medica, de Pathologia et Therapia generali,
le Arte formulas medicas concinnandi.

Exp. Eichstedt: de semiotice morborum in organis pe-
:toris,de Auscultatione et Percussione, de morbis auris, de
norbis cutis, de morbis neonatorum, de operationibus chirur-
;icis; Idem mihi dux fuit in Clinico chirurgico.

Exp. Glubrecht: de medicina forensi.

Ill. Berndt: de Pathologia et Therapia speciali, de The-
apia universali, de morbis organorum uropoëticorum et geni-
alium, de Arte obstetricia, de operationibus obstetriciis; Idem
lux mihi fuit in clinico medico et obstetricio.

Ill. Baum: de Chirurgia, de Fracturis et Luxationibus,
le morbis oculorum, de Akiurgia; etiam in Clinico chirurgico
:t ophthalmiatrico Eundem ducem secutus sum.

Ill. Haeser: de Historia medicinae.

Ill. Bardeleben in exercitationibus clinicis chirurgico-
›phthalmiatricis ducem secutus sum.

Quibus omnibus viris pio gratoque animo gratias ago quam
naximas. Singularem vero gratiam debeo viro Ill. Berndt,
[ui munus medici auxiliarii in nosocomio ad sanandos mente
ılienatos benigne mihi tradidit eoque quindecim per menses
'ungi licuit.

Jam vero tentaminibus quum philosophico tum medico,
:xamineque rigoroso superatis, spero fore ut dissertatione the-
:ibusque rite defensis summi in medicina, chirurgia et arte
›bstetricia in me conferantur honores.

# T H E S E S.

I.

*In morbis psychicis narcotica non multum valent.*

II.

*In mania puerperali semper audiuntur lasciva verba.*

III.

*Epilepsia fere numquam sanatur.*

IV.

*Methodum s. d. abortivam non comprobo.*